fol. 90' p. 39 cognatum fundatoris / ipsi substituit causis
1183 extantibus non aliis, nisi quod homo spiritualis
in causis temporalibus non prosperabatur sicut
¹) Korr. aus mensam P dicebant. Depositus vero vix annum et mensem¹)
supervixit sortitus a Domino sicut religiosam
vitam, ita et felicem transitum. Obiit autem
April 19 XIII° kal. Maii.

Neue Hand, (Gerlach) / Anno verbi incarnatio~~nis~~ M°C°LXXXIIII° XII ~~1)~~ kal. Martii
memoratus ac semper memorandus abbas God-
salcus migravit a seculo victurus cęlo cum
perhenni premio. Hic Syloensis ęcclesię primus
pater celeberrimus et optimus abbatum Boemię
honor magis extitit prelationis, quam prelatione
honorificus. Qui in diebus suis placuit Deo et Eccli. 44,16,17
inventus est iustus, cuius memoria in benedic- Eccli. 45,1
tione est, quamquam eo ipso non attingat eum
laus temporis, quo meruit monimentum ęter-
nitatis. Oleum effusum ~~est~~ nomen eius, nomen notissi- Cant. 1, 2
mum per Boemiam, Moraviam et Austriam,
immo per totum ordinem nostrum, quamvis
suo iuditio humillimus omnium. Non est
inventus sicut iste nostro in tempore, qui sic
quereret dominum Deum, patrum nostrorum, 2. Par. 14,7

~~1) ... zu ergänzen XII, da Gottschalk am 18. Feb. starb (s. unten S. 175)~~